



**Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam  
Consummatissimi, Consilarii Electoralis & Professoris  
Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis  
Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...**

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice  
locupletissimo instructum

De personis ecclesiasticis

**Corvinus van Beldern, Arnold**

**Francofurti ad Moenum, 1708**

**VD18 10184902**

De Prioribus & Præpositis Religionum. Tit. 15

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62002)

ant, can. non liceat. de consecrat. dist. 4. Tambur. d. tom. 2. disp. 4. q. 2.  
 Sanch. in prac. Decalogi. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 24. ne publicas par-  
 tentias injungant, indulgentias concedant, aut similia alia dignitas  
 Episcopalis, eis non permissa, exerceant, c. accedentibus de excep-  
 Pralator. ne secularibus, aut etiam regularibus sibi non subditis Or-  
 nes minores conferant. c. Abbates. de privileg. in 6. ut & supra diximus  
 nè, cum celebrant, duos Diaconos, ut Episcopus, assistentes habeant  
 S. Rit. Congreg. 28. Januar. 1606. nec baldachino utatur: Barbosus  
 lib. 6. cap. num. 59. vers. Baldachino.

## TITULUS XV.

## De Prioribus &amp; Prapostitis Religionum

## SUMMARI A.

- |   |   |
|---|---|
| 1. Priores qui.                                     | 12. Cujus hi debent esse qualitatis.                                |
| 2. Quotuplices.                                     | 13. Quae ad Prapostitorum Regularium electionem requirebantur olim. |
| 3. Claustrales qui;                                 | 14. Vi Concilii Tridentini vota secreta.                            |
| 4. Conventuales qui.                                | 15. Secreta Electio quae.   |
| 5. Perpetui sunt.                                   | 16. Quae non.   |
| 6. In dignitate sunt.                               | 17. Eligendi quales debeant.  |
| 7. Seculares Priores qui.                           | 18. Prapostitorum Officium quod.                                    |
| 8. An non aliquando Prioratus est Regularis.        |   |
| 9. De Prapostitis; et an Prapostitura sit Dignitas. |   |
| 10. Seculares Priores qui Rurales.                  |   |
| 11. Qui Collegiales.                                |   |

Cor  
 De Pe  
 et Bene

G

**P**riores dicuntur, qui aliquibus Ecclesiis præfunt supra alias personas earundem; undè & Ecclesiæ quæ illis dantur in Titulum, appellantur *Prioratus*. Petr. Gregor. in *Syntagm. jur. univ. lib. 15. cap. 8. in princ. quem sequit. Barbosa lib. 1. jur. Eccles. univ. cap. 30. num. 1.*

Horum alii sunt *Regulares*, iique vel *Claustales* vel *Conventuales*; Clem. 2. de *rescript.* alii *Seculares*.

*Claustales* sunt, qui præfunt Canobitis post Abbatem vel Antistitem alium, quorum funguntur potestate vicaria, & opera intra monasterii claustra. c. *eum ad monasterium. de statu monach.* Et ab iis mutari possunt. c. 2. *eod.*

*Conventuales* sunt, qui canobio constituti sunt Principes, in quibus Abbas, vel alius eis dignior est. Clem. 1. §. *caterum. eod.* Eliguntur à conventu.

Horum *Prioratus* obtineri non possunt ab aliis; quam qui ejus Ordinis, cujus sunt, legitimam emiserunt professionem, & jure à suis Capitulis sint electi & instituti.

Perpetui sunt, ut iis præfecti amoveri non possint ab illis, nisi monasterii bona dilapident, & perdant, vel incontinenter seu impudè vivant, aut in aliud transferantur monasterium. c. 2. *eod.*

*Prioratus Conventualis* est Dignitas, non *Claustalis* Gloss. in d. Clem. 2. verbo *Conventualem.* & Panorm. in c. *nisi, de præbend.*

*Conventuales* aliqui *Priores*, & auctoritatis & potentie sunt maximæ; ut in Ordine S. Johannis, quorum potestas Episcopali par, & privilegia amplissima, de quib. Leon. thesauro fori *Eccles. part. 2. cap. 4. num. 47.* *Priores* & *Commendatarii* intra limites suarum *Commendarum* sunt verè *Ordinarii*, Bulla Pii IV. & à quorumcunque *Ordinariorum* jurisdictione exempti, habentque suorum *Prioratum*, *Balivarum* & *Commendarum* extra conventum etiam vacantium per resignationem, collationem liberam. can. *nullam* 18. qu. 2. ubi Navar. num. 4. d. c. *nisi. Rebuff. in praxi, tit. Regular. benef. num. 4. Barbosa in c. eisdem principalis. de Rescript. Roder. qu. Regul. tom. 1. qu. 34. art. 2.*

Ex dictis sequitur *Priorem Conventualem*, licet *Obedientarius* sit, & multò magis Ordinis S. Johannis, delegari posse à Papa, quia dignitate præfulget. c. *statutum. de rescript. in 6. Claustrales* non posse

Ff ff 2

cx

VINUS  
TSONIS  
& Ecclesiarum

IV.

z

ex contraria ratione, ut nec Vicarii Forenses. *Barbos. d. loco. num. 3. d. Strein in Sum. Jur. can. part. 1. tit. 5. §. 9.*

7 *Seculares Priores*, dicuntur, qui habent Prioratus seu beneficii um *Prioratus*, quod solitum est regi per seculares Clericos.

8 Interdum quoque *Prioratus* est *Regularis*, sed cura ejus excedenda per *Seculares. d. Clem. 1. §. ceterum*: Quia alienum est à juris merito, ut *Regularibus* animarum concedatur cura. *c. 1. de capell. monach.*

Itaque quia *Regularibus* præficitur plebis regendæ causis; *Rektor*, vel *Vicarius* vel *perpetuus* dicitur, apud alium, vel monasterium vel Capitulum aliquod prioratus remanente. *c. extirpanda. 30. qui verò. de præbend.* Sicque qui ei portionem debet, appellatur *Prior*.

9 In Ecclesiis, in quibus *Regulares* abierunt in *Canonicos*, *loci Prioris Conventualis* in secularisatione, ut dicunt, succedit aliquando *Prepositus*, *Probst* vocant, si is prioritate dignitatis præfulgeat.

*Prepositus* generaliter is erit, qui aliquibus est *Præfectus* *quamvis. de verb. signif. sed & is talis*, qui inter aliquos dignitatem habet primam. *Petr. Gregor. d. loco.*

Quamobrem & *Prepositura* per se singulare facit nomen Ecclesiastici beneficii, quod assiduitatem, seu, ut loquuntur jura, *residentiam. c. ex parte. in 2. de Cleric. non resident. & ætatem, & ætatem legitimam, & ordines. c. dudum. in 2. 2. 2. de elect.*

In aliquibus tamen Ecclesiis ex earum consuetudine ubi *Prepositi* nullum gerunt officium, *Prepositurae* non sunt Dignitatis. *Decis. 451. in novis. vide c. de multa. in fin. de præbend.*

10 Ex *Secularibus Prioribus* alii dicuntur *Rurales*, alii *Collegiales*. *Barbos. d. lib. 8. cap. num. 2.*

*Illi* sunt, qui curam habent animarum absque collegio; *Parochialem simplicem. de quib. c. licet Canon. de elect. in 6. Feder. Senis conf. 86. Card. Insc. pract. conclus. tom. 6. lit. P. concl. num. 15.*

11 *Hi* sunt personæ principales, quæ in Collegiatis Ecclesiis præsunt *Canonicorum Collegio*; *inscript. in c. ult. de major. & oblat. Dignitatem habent soli: Setva de benef. part. 1. qu. 2. num. 62.*

Corv  
De Pe  
et Benef  
G

de Conservatorib. cap. 5. num. 25. & 94. Sebast. Casar. in relect. de Eccl. Hierarchia. part. 3. disp. 13. & 1. num. 1.

Proinde, cum & regulariter curam habeant animarum in interiori, vel exteriori foro, debent ingressi esse annum ætatis vigesimum quantum Garc. de benef. part. 7. cap. 4. num. 65. Barbosa. de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 60. num. 64. Narbona tract. de atate ad omnes ætus human. requis. ann. 25. qu. 50. num. 4. in fin. ut sint Theologiæ, aut Juris Canonici Doctores aut Licentiat, non requiritur. Conc. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. Garc. d. p. 7. cap. 7. num. 33. Requiritur ut resideant. S. Congreg. Concil. 10. April. 1602. refer. Barbosa. d. lib. & cap. num. 7.

Sed redeamus ad Priores & Præpositos Regulares.

Circa quorum electionem alia fuit forma olim, alia per Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap. 6. introducta.

Olim in ea idem ferè modus & forma servabatur, quæ in electio-  
ne Episcoporum: c. n. pro defectu. & ibi Gloss. in verb. Regulares de elect. tur. statuta & consuetudines Religionum observabantur.

Concilium Tridentinum decrevit, ut quicumque Præpositi & officiales, seu quarumcunque Religionum Ministri, ac Abbates Temporales, ac quæcunque Monialium Præpositæ, eligantur per vota propria, secreta, ita ut singulorum eligentium nomina publicentur nunquam. Fr. Emman. in Sum. part. 1. cap. 102. num. 2. Zerola in praxi Episc. parte 1. verb. Abbatissa §. 6. Sigism. à Bononia de elect. dub. 27. num. 10. & 11. Azor. Inst. moral. part. 1. lib. 13. cap. 10. qu. 2. Compromissi aut inspirationis via exclusa: Garc. de benef. part. 5. cap. 4. num. 204. Castellin. de elect. cap. 7. num. 7. vers. ad quorum. adeo ut electio non secretò, etiam per ignorantiam Decreti facta, sit nulla. Sigism. à Bononia d. tr. dub. 31. num. 10. Novar. in singular. Canon. concl. 65. num. 3. & Lucerna. Regul. verb. Electio. num. 5. Castellin. d. tract. cap. 17. num. 26.

Secretò censetur Electio; si à Superioribus electi, qui omnium eligentium recipiant vota; Garc. d. cap. 4. num. 189. Sigism. à Bonon. d. dub. 17. num. 11. si Episcopus una cum Vicario, vel alio assumpto viro, in Abbatis alteriusve Superioris electione, ore tenus vota accipit:

VINUS  
TSONIS  
& Ecclesiarum

IV.

Z

*Galer. in Margarita casuum Conscient. verb. Abbatissa. Garc. d. cap. 4. num. 189. Mofes. in Sum. Theolog. moral. tract. 6. cap. 16. num. 154. Castellan. d. cap. 4. num. 4. & cap. 5. num. 28.*

16 *Non secreta electio, & proinde nulla, cum Electorum vota, sive Electorum omnium, sive etiam unius, Sigism. à Bononia. d. lib. 27. num. 11. publicantur: cum ex Electoribus aliqui scedulam, scripto unico nomine, noto Scribæ, accipiunt, & reponunt in capsulam cum recipiunt duas, & reponunt quam volunt; Garc. d. tract. cap. 4. Castellan. d. tract. cap. 5. num. 25. à Bononia. d. tract. dub. 31. num. 5. cum recipiunt scedulam signo parenti signatam; Laur. de Permissio. mo 1. de religioso subdito. qu. 1. de Obedientia. cap. 21. Castell. d. tract. cap. num. 61. cum ex præcepto Superioris singulorum, Eligentium vota non recepta. Barbof. d. lib. & cap. num. 15. post Castellan. d. cap. num. 66.*

17 *Eligendi debent esse virtutis & sanctitatis spectate, religionum eorum Ordinum quibus præficiendi, professi: can. Presbyteros. can. seqq. 16. qu. 1. can. 1. cum seqq. 18. qu. 2. Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 21. can. cum singuli. §. prohibemus. de præbend. in 6. Clem. de elect. Miranda in mund. Prælat. tom. 2. qu. 23. art. 11. concl. 47. alii nisi ex auctoritate Apostolica, aut consuetudine. Fr. Emmanuel. quest. regul. tom. 2. qu. 52. art. 4.*

18 *Prepositorum officium consistit in multis secundum statuta & consuetudines regularum suarum; sed de jure communi specialiter, Clem. religiosi: de privileg. in eo, ut servari curent statuta, de triennio in triennium eò capitula generalia congregent; c. in singulis de regular. omnes Religiosos sibi subditos, & bona & monasterii jura, regant, disponant & gubernent. Ne res Ecclesiæ alienent, Clem. de reb. Eccles. non alien. Barbof. jur. Eccles. univ. d. lib. & cap. num. 44.*

Cor  
De Pe  
et Benef

G

TITU